

‘Hic (Nicolaus papa IV.) civitatem Coloniensem per aliquot annos ecclesiastico supposuit interdicto pro eo, quod ipsi in conflictu de Woerinch Johanni duci Brabancie auxiliantes contra dominum et pastorem suum se cervicosa audacia erexerunt’¹⁾. Bl. 104 wird bei Erzählung der Wahl König Karls IV. die Mitwirkung Erzbischof Walrams von Cöln besonders hervorgehoben. Ferner findet sich hinsichtlich des Inhalts und der Darstellung nahe Verwandtschaft mit der Chr. reg. Man vergleiche:

Chr. pont. Bl. 102’.

Insuper (Bonifacius papa VIII.) duos cardinales, scilicet Jacobum et Petrum de Calumpma(!) ab omni dignitate et honore cardinalatus deposuit, cuius quidem deposicionis sententia continetur de scismaticis cap. ‘ad succidendos’ dicto li. VI. Postea autem cum dissensionis inter ipsum papam et dictum regem Francorum materia in turbinem succrevisset et nichilominus indignacio atque rebellio dictorum cardinalium, quos deposuerat, et parentele domus eorundem de Calumpma contra ipsum vehemencius pullulasset, ipse Bonifacius papa factione dicti regis et nobilium de Calumpma in civitate Campanie Agnorum(!) corruptis cubiculariis in palacio suo violenter captus fuit per aliquot dies in custodia detentus, omnibus thesauris et preciosis inde abstractis atque spoliatis. Sed tandem Romani hiis auditis ad liberandum ipsum profecti et a custodia abstrahentes eundem cum gaudio ad urbem reduxerunt, ubi non diu postea in pace feliciter est defunctus.

Chr. reg. Bl. 108.

Eisdem temporibus Bonifacius papa VIII. in civitate Campanie Agnania(!) procurantibus quidem et machinantibus duobus cardinalibus, videlicet Petro et Jacobo de Calumpna(!), quos quidem (hs.: quidam) dictus papa Bonifacius propter (hs.: preter) certas causas ab honore et dignitate cardinalatus deposuerat, per gentes et fautores Philippi regis Francie, [quem] idem papa Bonifacius excommunicaverat, corruptis pecunia ipsius domini pape cubiculariis, facto insultu bellico in palacium ipsius pape, per aliquos(!) dies, absque tamen manuum in ipsum apostolicum iniiectione, in camera papali fuit armate custodie mancipatus. De qua quidem deposicione dictorum cardinalium facit mentionem decretalis illa de scismaticis cap. VIII. li. VI. Tandem vero eodem domino papa per aliquot dies in hac custodia taliter concluso et thesauro ipsius passim abstracto Romani audientes pontificem ecclesie sic oppressum, cum copiis ad locum custodie properantes, ipsum quamvis egrotantem ad urbem cum honore debito reduxerunt, qui non diu post restitutionem suam est defunctus.

hier die ältere Fortsetzung des Martin in Betracht, von der Cardauns S. LXIII handelt. G. W. 1) Vgl. Chr. praes. bei Eckertz S. 215.